

## Franckesche Stiftungen zu Halle

# Dissertatio Inavguralis De Didaskalioprepeia In Ministerio Ecclesiastico Observanda

Haferung, Johann Caspar

VWittebergae, [1726?]

VD18 90821157

Problema III. Anne somnia & revelationes captare, iisque fidere liceat?

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-202841

Rom. II. 15. quoddam forinsecus illatum, ut varium, Evangelicum imprimis, quod auditum, Christus ipse jubet *κατεχειν εν καρδια καλη και αγαθη*. Luc. IIX. 15. Quid? Quod per naturam inest, legale est, ut dictum, & a nobis postulat, quæ Deo & hominibus præstare debeamus. Quod forinsecus illatum, multiplex est: primas tenet Evangelium, *μυσηριον, χρονος αιωνιους σεστυγημενον*. Rom. XVI. 25. quod est ex revelatione, non carnis, sed Patris coelestis. Matth. XVI. 17. Quale? Quod per naturam, aut per actus crebro repetitos, menti impressum est & inhæret, habitus est & proclivitas, nos aptos reddens, ad actus meditando. Quod vero in agitatione mentis situm, actus est, ex habitu exortus. Quam denique vim ei tribuimus? Innatum præbet semina omnium habituum naturalium. Illatum vero, figillatim *εμφυτον* Jac. I. 21. habet vim divinam, nos regenerandi, convertendi, & per Christum æternum salvandi. II. Tim. III. 15. Talis quippe erat illa, de qua egimus, *υγιανησα διδασκαλια*.

PROBLEMA III.

Anne somnia & revelationes captare, iisque fidere liceat?

Somnia quædam a Deo venire, testatur Scriptura; eadem docet, per revelationes nobis omnia illa tradita, quæ salutem nostram operentur. Et datur naturale quoddam desiderium revelationis divinæ; hætenus utique non improbandum, quatenus indicio est, non omnino desperandum esse de Dei clementia, cum lex, quæ natura nota est, non sufficiat ad tranquillandam conscientiam, vel defectus nostros explendos; Eatenus autem vehementer culpandum, quatenus in abusum abit, & cum superstitiones, tum idololatriam parit. Sed de industria captare somnia & revelationes, est Deum tentare & in præsentissimum periculum se conicere. Somnia de se sunt varia, vel naturalia, quæ ex temperamento; vel moralia, seu phantastica, quæ ex diurnis actionibus; vel diabolica, quæ ex eædæmonis suggestionibus; vel *θεοπραπτα*, quæ ex inspiratione Dei sunt. Si proinde somniorum captatori eveniat, quod optavit, quis ita sagax onirocrita est, ut unde sit? & quid portendat somnium, docere queat? Cum somnia interpretari, Dei sit. Gen. XL. 8. Et quid? si vana quidem, foedissima tamen